



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.  
Iesv Theologi**

**Albertini, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV**

Separabunt iustos ab impijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46785)

vt ab altera parte ijsdem spectandos sese offerant Sancti Angeli, ac de cælestis coronæ certitudine gratulentur;

Nè quod autem eorum officium intermittatur, de iudicij sententia Sancti Thomæ, colligent cineres humanorum corporum vbicunque terrarum dispersi fuerint. Neque hoc impossibile videatur, nã vt initio libelli probatũ est, Omnes creaturæ corporales Angelorum imperio per motum localem subijciuntur.

*In 4 diff.  
21. q. 1.*

Postremo tempore vniuersalis resurrectionis separabunt iustos ab impijs, *Exibunt Angeli, inquit Euangelista, & separabunt impios de medio iustorum.* Valde autem probabile est facturos hæc Angelos Custodes, vt vltimo isto actu officium quod hæctenus exercuerunt, circa personas sibi commendatas concludant.

*Matt. 13a*

Ex quibus ò Anima Christianã conijce, quot nominib<sup>9</sup> tenearis benedicto huic Angelo gratias referre

F 2 qui



24 DE ANGELO

qui nunquam excubare destitit pro salute tuâ, & qua ratione Propheta  
*Isal. 90.* loquitur, non tantû duxit ac direxit te, virum etiam portavit in manibus suis, vt nè in cælesti itinere in lapidem desperationis impingeret.

CAPVT. XIII.

ANGELVS CVSTOS DE-  
*scendit de celo, & nobiscum, vt solli-  
citudinem suam demonstrat,  
versatur in terra.*

**T**AMETSI Angelus per potē-  
tiam ac scientiam, quib<sup>9</sup> pol-  
let, defendere & custodire posset  
hominem, cōstitutus etiam in Cælo  
Empyreo: nihilominus vt amor &  
sollicitudo ipsius circa nos tanto  
manifestius ostendatur, Cælum Em-  
pyreum, locum inquam amœnissi-  
mum, & Paradysum incessabilium  
deliciarû deserit; ad quem quoties-  
cunque redit, vt pfecto creberrimè,  
redit, vt preces tuas Deo & glorio-  
sissimæ illius Matri præsentet: Inte-  
rim oculos non deflectit à personâ  
tu